

Universitätsbibliothek Wuppertal

**Xenophontis, Philosophi Et Imperatoris Clarissimi, Qvae
Exstant Opera**

Xenophon

Francofurti, 1596

Io. Leunclavii notorum ad Xenophontem liber II

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-331](#)

IO. LEVNCLAVII
NOTATORVM AD XENO-
PHONTEM LIBER II, REPVR-
GANDO A MENDIS TO-
MO POSTERIORI.

Tomus se-
cundus
cur diffi-
cilius.



A BENT iam lectores tomum priorem, insigni cum acceſſione locorum emendatorum, & diligentia nostræ. Pergendum ad alterum, & in eo tanto magis elaboradum, quanto minus ab aliis heic præſtitū. Prior quidem hoc duplo fere maior est, sed obſeruationes in posteriores hosce libros Xenophontos, ab H. Stephano editæ, vix quintam eorum equant partem, qua in priorem congeſſit. Incertum etiam, qua de cauſa pleraque, Schediasmatum ſuorum operi magno, & toties ab ſe laudato reſeruata, nobis haſtenus inuidet; & quando tamdem illud in lucem proditurum ſit. Pluribus quidem ab annis fruſtra exſpectatur. Nec defunt, qui cūm hoc aſtu putant alios deterre velle, ne quid in Thucydide, Herodoto, Xenophonte, Dione Cassio, quorum libris adfixum huius herbae parietariae Schediasmatum nomen adhæret, utiles opera collocet: quando primi nominis, opinione ſua, criticus nescio quid ſchediasmatum in eos ab annis iā viginti plus minusue promiferit. Itaq; plus heic & iſlis libris Græcis expoliendis, & cum dexteritate Latini ſermo ni tradendis, adhibendum mihi ſtudij fuit; ac laboris exahiriēdum. Tantum ſane videt effectum industria mea lector, vt hoc a me notata libro in tomum Xenophontis posteriorum, qui parte diuina priori minor est, præpetuodum magnitudine ſua præcedentibus paria ſint. Omissovero longiori proœmio, re totius ipſa viris eruditis aſtimandum huius opera fructum offeramus.

AD AGESILAVUM XE-
NOPHONTIS.

* Pag. 651, A. Pro ἐπιχειρίᾳ μετόνων αὐτοῖς οἱ πολιχεῖς, ſcribendum ἐπιχειρίᾳ μετόνων αὐτοῖς οἱ πολιχεῖς. Cauſam intelligis ex ipſo verborum ſenu. Adlato librō ſecunda Stephani editionis, vidi etiam illū de ὅτις αὐτὸς differere, ac prolixe quidem.

* 652, B. Quod heic legitur, ταῦτα ἀπό την πολιχεῖαν Σπαρτιατῶν. rectius ſcribetur πολιχεῖαν Σπαρτιατῶν. Nam xxx viros Spartani regibus adiungere magnis in expeditionibus solebant, isq; numerus adiunctorum. Agesilaο in hac etiam militia, non ſemel in ἐλληνικῶν libris reperitur. Versu etiam ſequenti ταῦτα πολιχεῖαν ſed αὐτὸς legitimus, qui δι-
χλοὶ ſunt in ἐλληνικῷ.

Ibid. E. Legimus heic εἰρήνην την πολιχεῖαν, quod est pacem confidere; quum in ἐλληνικῷ ſit εἰρήνη την πολιχεῖαν, pacem habere. Sed existimem, hoc την πολιχεῖαν ab ipſo Xenophonte ſic correctum; vt etiam versu ab hoc tertio ſcriptum ταῦτα πολιχεῖαν, quum in ἐλληνικῷ inueniatur την πολιχεῖαν.

* 653, D. pro ἐπιχειρίᾳ αὐτοῖς πολιχεῖας, ſcriptum in Agesilaο εἰρήνη την πολιχεῖαν, quod rectum erit, ſi ad-
datur præpositio, εἰρήνη την πολιχεῖαν αὐτοῖς. Ac

A periiit eis, propter similitudinem eius cum ultima syllaba præcedentis εἰρήνης.

* Ibidem, E. pro ἐλληνικῷ εἰρήνης εἰλέμ-
πον. Id recte ſuperioribus illis, ἐπορεύεται, & ἡγετε, &
καποτε φέτο respondet.

* 654, D. Existimem pro iſtis, καὶ οὐδὲν αἰσθάνω τεχνῶν, ſcribendum, καὶ οὐδὲν αἰσθάνω τεχνῶν οὐατὴ φιλαθρωπία τοῦ ξεποτοῦ, quum durior ſit ora-
tio, ſi οὐατὴ ſubintelligatur. Facile quidem fieri po-
tuit, vt οὐατὴ propter similitudinem cum τῷ ſequen-
ti a librarii omitteretur. Sed ἐπειδὴν eiſimodi exempla ſuperius etiam notauiſimus ad p. 548, A.

* Ibid. E. De lectione marginis, περιχολέτων, quam vocem pro ἐπιπονοῦ, ego ſubſtitui, vide ſupe-
rius ad p. 499, C. notata.

* Ibidem. pro αἰς εἰξισώ legitur in historiis Græ-
cioribus, εἰξισώ. Addamus heic vno loco & alias lec-
tiones collocatas. p. 655, C. pro κακίνη idών, ibid.
κακίνη idών, & ſtatiuſ post pro σέλοντο, ibidem σέ-
λοντο. & litera eadem non περιφέρεται, ſed περιφέρεται
rectius ibidein legitimus. Item litera D. eiusdem p.
pro ἐμβολίῳ ibidein ἐμβολίῳ. Item ibidem, E. pro
αι ποθεν αὐτὸν rectius ibidein αὐτὸν οὐτῷ. Item versu
ab hoc quarto, pro ἐμβολεῖν ibid. ὄμβολειν ſcribitur.

655, B. Pro καφεῖς non dubito reponēdum κα-
φεῖς, ſicut etiam in margine notaui. Nam vt heic
coniunguntur οὐκτοῖς καὶ καφεῖς, ita ſupta in ἐλλη-
νικῷ ſcriptis οἱ οὐκτοπομοικοὶ οἱ λογοφέροι, quod poſtre-
mū cum καφεῖς adſinitatē nullam habet. * H. Ste-
phanus καφεῖς editione ſecunda margini adſcri-
pit, cum infami littera ſi, multis haſtenus aliis et-
iam adiecta, qua de notis meis prioribus ſumifit. phani
Diuinandum vero nobis relinquit, nequaquam
OEdipis, quid in illo πι secreti lateat. Si πι lectio-
nem fortalſe παλαιὰ, antiquam, denotat, ſane de-
nuo quæremus, an talia de libris ex aula regis
Henrici iī iī domum adlati deponerent, quo
tempore Xenophontem deproperatum editione
altera extrufit, ne a me preueniretur, cuius tamē
labores aliquos iam tunc in manibus habebat: an
ſolita fraude, & occulta quidem, in auertendis a-
lienis vtatur. Editione quidem prima protuliffet
heic, ſi quid eorum habuiffet: ſecunda, ſi deimas ex
Camerarij, Gabrielij, noſtris lecythis haufata, cum
adrogantibus illis censuris interpretum, noui ni-
hil adtulit; vt präcipiuē de hoc Xenophontorum
operum tomō posteriori perspicere licet.

656, A. Supra in ἐλληνικῷ pro εἰρήνῃ την πολιχεῖαν
ποτοῦ την πολιχεῖαν, legitur rectius εἰρήνῃ την πολιχεῖαν. quæ
præpositio mihi quidem omitti non poſſe vide-
tur, & pereit propter similitudinem cum ultima
ſyllaba dictionis εἰρήνης præcedentis. * H. Stephanus
editione altera de notis meis in contextum tranſ-
tulit, idem procul dubio facturus in εἰρήνῃ την πολι-
χεῖαν ποτοῦ την πολιχεῖαν, quod paullō ante poſſuimus, ſi tunc
deficiente ſecreto πι, in iſidē notis illud reperiſſet.

Ibidem. pro ἐπηρεόνοις καὶ αἴραχτο legitimus in
ἐλληνικῷ libris ποτομένοις. H. Stephanus hinc in
mar-

1092
margin
dam ve
caruet
* Ibid
κανονι
existim
Ibid
quam i
male, i
ALIOS THEM
dition
* Ibid
bitur i
* R
peritur
* 65
fe, i
την πο
bie por
liud tal
cis aio,
Sav auct
Quipp
militu
λαν. Q
emend
1111, p
narrati
αὶ πλε
heic eti
bro 11
Ibid
prete P
ιοῦν, a
οὐ θεο
hocno
heic pe
nophio
nus edi
tionem
& torem
non ob
obfesti
clue.
* 65
historii
Nam q
tur. Ve
pau, m
riis Gra
* Ibid
την πο
tem per
riis Gra
την πο
Σακια
tem N
Ναρθ- Ναρθε
καὶ οὐ
oppidu
αρπά
Ναρθε
καὶ, qua
* Ibid
ſtortis G
fit Argi
659
quod e
dition

marginem transtulit, more suo etiam libri cuiusdam veteris ad sensum verbis proferens, quo prius caruerat.

* Ibidem, B. pro καρόν ήγέσατ, legitur in ἐλληνικῶν historiis καλὸν ήγέσατ. sed equidem καρόν, rectius existimo.

Ibidem, C. Rectius heic legitur, ὃν τὸν ὄπιλον, quam in Græcis historiis, ὃν τὸν ιωνίων. Rursus heic male, ἔκελεν θυάς αὐτὸν θεῖν: qua rectius istic, ἔκελεν τὸν τὸν θεῖν αὐτὸν θεῖν. H. Stephanus in hoc nos editione altera sequutus est.

* Ibidem. Pro ἐμβαλεῖν rectius in ἐλληνικοῖς scribitur ἐμβάλλειν.

* Rursus, ibid. D. pro ἐφ' ἀρπαγῇ εἰρέσθαι, reperitur in historiis Græcis εἰς ἀρπαγῇ εἰρέσθαι.

* 657, C. Nemo non videt in his aliquid abesse, ἐπειδὴ οὐδὲν ἄτοπον τὸν τὸν οἶκον πελῶν Bonū τῆς πατεῖται. Etenim præter illud οὐδὲν, aliud dubie ponendum erat, nimis omniā ἀγχελος, vel aliquid aliud tale. Nam id quidem haud sufficit. Ego paucis aīo, sic a Xenophonte scriptum fuisse: επειδὴ οὐδὲν θεῖν αὐτὸν τὸν τὸν οἶκον πελῶν Quippe fuit omnissimum illud οὐδὲν πατεῖται, propter similitudinem cum vocabulis præcedentibus οἶκοι πελῶν. Quasi manu me duxit ad inueniendam hanc emendationem id, quod superius ἐλληνικῶν libro 1111, p. 513, B. legitur in harum ipsarum rerum narratione, verbis his: οὐδὲν πόλις οὐδὲν οὐδὲν βοηθεῖν τῆς πατεῖται: quibus inesse pleraq; videmus, heic etiam posita. Peccatum similiter superius libro 1111 ἐλληνικῷ, ubi ad p. 501, D. notata querito.

Ibidem. Rectius omnino legisse coniicio interprete Philephum ἐν τῷ ἐφορείῳ, quā si vel φορεῖ scribas, ut H. Stephanus fecit, vel φορεῖ, ut alij. Nam ex φορεῖ, hoc nomine significari curiam ephorum, quos heic per τὰς πόντας, per quinque viros, notauit Xenophon; ex Plutarcho, & aliis, paret. * H. Stephanus editione secunda textui meam hanc emendationem nō ineleganter inseruit, Philephum auctorem prætexens, apud quām id priori editione non obseruarat, secunda obseruare non poterat ob festinationem. Sed erat in meis inuenire proclive.

* 658, B. pro καὶ τὸν τὸν αὐτὸν, legitur in Græcis historiis πόλις τὸν τὸν αὐτὸν, quod rectum arbitror. Nam quos apud se habebat, deinceps misisse legitur. Versu post hunc tertio, τρέψατε βαδίων απόχρων, mutandum in τρέψατε, sicut etiam in historiis Græcis reperitur.

* Ibidem, D. Quod heic legitur, φρίνην τὸν τὸν ὄπεις οὐδεποτείνειν τὸν θεραπέαν εἴθουντο, antequam ad carbonariorū monsēptō.

Napōdēzōn οὐρανοῖς. Habent enim illæ, φρίνην τὸν τὸν Ναρθακίων, vel etiā Ναρθακίων probandum, quia Ptolemaeus quoq; monsēptō Narthacium vocavit, & paullo post sequitur

Napōdēzōn Ναρθακίων, mutandum in Ναρθακίων, quod & mons, & oppidum nomen habuit: ita malim ex his dicere, φρίνην τὸν τὸν Ναρθακίων, quam ut istic, ἢ τὸν τὸν Ναρθακίων. Quidam ἀπεραντος Strabonis, & tam ἀπεραντος, quam ἀπεραντος Stephanii Byzantij huc trahunt.

* Ibidem. Post ἀθλωάσεις inserui αγώνεις, ex historiis Græcis. Ac paullo post heic quoq; mentio fit Argiourum in descriptione conflictus.

659, A. Scribo τὸν ἄλος σπάτευμα, non τὸν ἄλος, quod etiam superius nobis occurrit. H. Stephanus editione posteriori probat.

Ibidem, B. Aristides in bello οὐδὲν αὐτὸν λέγει, οὐδὲν μὲν χαλκὸν, οὐδὲν δὲ φοίνικα, non φοίνικα: eiusque dicendi generis rationem indicat. Hunc dicerre Stephanus Hermogenem interdum soleret.

* Ibidem, D. pro τῷ τὸν Αγνοίας μὲν τὸν θεραπέαν εἴθουντο, legitur in historiis Græcis, αγνοίας μὲν δέξιον τὸ μετ' αὐτῷ, in quibus exiguum discrimin. Sed ultima linea scriptū heic αὐτὸν μενοὶ εἰπεῖται τὸ κατιστάται, pro quo malim scribere cum historiis Græcis, εἰπεῖται τὸ κατιστάται εἴσαις.

B * 660, A. pro εἰσι, scripsit Xenophon in historiis Græcis εἰσι: pro νῦν σὺν αγνοίᾳ εἴθουντο, ibidem, C. est νῦν αγνοίᾳ εἴθουντο: & sequenti linea, loco verbi περιτελέθη, scriptum illic περιτελέθη. Rursus linea post hanc tertia, pro ναῦσι εἰσι, legitur ναῦσι, quod magis est Atticum, & propterea εἰποντερερον. Item ibid. D. pro σώματι, reperit Philephus σώματι, commodius quiddam altero. Item eadem pag. E. pro Γύλων reperimus illic Γύλων, quod rectius arbitror. Denique sub initium pag. 661,

C A. pro κατανοήσατε omnino reponendum κατανοήσατε, vt respondeat sequenti σπατεύει, & rursus alteri δηλώσει. Nam alioquin addendum erat ad κατανοήσατε aliud quiddam, videlicet οἱ Λακεδαιμονίοι, cuius causa si maxime σπατεύει mutes in σπατεύει, vti notatum ad marginem in quibusdam; tamen sequentia non congruent, videlicet nec δηλώσει, nec κατανοήσατε, nec φρεπεῖ, cum ceteris vltieris subiectis.

D 661, A. Quod heic legitur καὶ τὰ σεντα, rectius est, quam illud in ἐλληνικῷ supra, p. 525, B. καὶ τὰ σεντα. Nō multo post, pro ναῦσι εἰσι, lego ναῦσι. H. Stephanus editione secunda hoc in textum admisit.

Ibidem, B. Negat H. Stephanus editione priori se locum hunc, εὐπετῶς τοῖς Κοενθοῖς εἴγενοντο, potuisse corriger. Verum si Germanicas editiones consulisset, scriptum inuenisset non τοῖς Κοενθοῖς εἴγενοντο, sed τοῖς Κοενθοῖς σωματεύοντο. * Post, in editione secunda, tacite locum hunc ita scriptum in contextum recepit, & quod prius in adnotationib; suis scripserat, se lqcum emendare non posse, prorsus inductum deleruntq; sustulit; ne vel Germanis hoc debere se fateri cogeretur inuitus, vel secordia propria vestigiū aliquod accusator inertiæ Germanorum relinqueret.

E * Ibidem. Pro ἀνδρόμενης δὲ πόλεως, εἰς αἰείσου μετεπατεύεται, legitur in historiis Græcis, περιδρόμενης δὲ πόλεως μετεπατεύεται. Quæ lectio confirmatur etiam inde, quod postea subiicitur, διοράσσει τὸν περιδρόμον πόλις τὸν θεόν, hoc est; veriti, ne ab aliquibus urbs proderetur.

F * Ibidem, C. Hæc verba, καὶ τὰ πίχη αὐτεπίχη, sic editione mea priore reddidi, ac si scriptum esset, καὶ τὰ πίχη, οἵ εἰπεπίχη. * Hen. autem Stephanus editione sua secunda mauult legere, εἰ τὰ πίχη, & εἰπεπίχη. Probat hoc per ista ex ἐλληνικῶν libris verba, Οἰνόλου τὸν ἀπετιχισμένον τεῖχος αἰρεῖ. Ego illud οἵ εἰπεπίχη, referebam ad Piræum. Sed præstat referre ad alia, præter Piræum, castella; in quibus erat & Oenoë. Tamdem ab H. Stephano recuperata lucubratione mea secunda, repeti & hæc lectionem margini adscriptam, τὰ πίχη, & αἰπεπίχη, cum interpretatione huiusmodi: Sed etiam castella, quæ instaurata denuo fuerant.

G Ibidem, D. H. Stephanus legit editione priori, τὰς τὰς Λακεδαιμονίας θυγόνας Κοενθοῖς, cum ceteris, quasdam editiones sequutus; quum legendum sit,

tūs δέ τακτού μονίς φυγόντες. Posteriori verbis his A ad sensus, ita scripsit in ipso textu.

663, A. Rectius in aliis exemplaribus legitur. Αὐτῷ, de qua Stephanus Byzantius nomenclatorem consule, quam in Hen. Stephanus editione prima οὐ Νάσῳ. Secunda vero summa hinc εἰς Αὐτῷ, translata in contextum.

* Ibidem, B. Non cohærent hæc, Μανούλος απίστημα τὸν οὐρανόν, τοιούτου δύναται μεγαλωτεῖν. Itaque videndum, an scribi debeat, απίστημα τὸν οὐρανόν, τοιούτου δύναται μεγαλωτεῖν: an illa mutatio δύναται, admitti nō debeat, in quā sum equidem nunc opinione. Frequentes vero sunt vocum ac verborum trajectiones in hisce libris Xenophontis, a negligentia libratorum profectæ. Quapropter ex ultimo, statim post illa, quæ versu ab hoc tertio superiorius legitur, λεγούσα αὐτῷ τοιούτῳ, respondere debere hæc verba, τοιούτου δύναται μεγαλωτεῖν. Nam quum illa forte omissa, & deinde in margine collocata essent: per calligraphi alterius inscriptam locum deinceps indebitum occuparunt. His igitur ordini suo restitutis, nihil mutandum restat, præter illud απίστημα, in απίστημα. H. Stephanus sententiam meam priorem probat, ego posteriori potius adsentior. Exemplum simile trajectarum vocum paullo post inuenies, ad pag. 677, E.

Locus εἰς ταῦτα ίέναι, sic pro deplorato, secundæ quidem editionis tempore, ab H. Stephano relietus est.

Ne tamen nihil habere remedij ad eum sanandum existimetur, adscribit more suo, se non modo sensum eorum verborum, quæ desunt; sed etiam illa ipsa, quænam sint, coniectura sibi adse-
quutum videri suis in illis S C H E D I A S M A T I S. Ita nos operis eius exspectatione diurna suspen-
sos tenet, atque adeo prænicio illius videndi de-
siderio languētes excruciat. Sed meo iudicio male facit, qui cunctatione sua nobis hypocauſticis occaſionem cogitandi de locorum talium emen-
datione præbet; ac mensibus æstiuis, postquam aëre benigniore de nostris illis hypocauſtis pro-
dimus, diuinare de ſecretis S C H E D I A S M A T U M ſuorum patitur. Nam quidquid ad explicationem horum id temporis præter ſpem ſe nobis obtuſio-
ris alioquin genij forte fortuna, feliciter offert, id totum ſchediasmatis Stephanis, tardius in lucem exeuntibus, decedit. Sed videamus, ecquid in ipſo ſolitario æſtivo, iussis valere iampridem hypocauſtis, proferre in medium ad emendationem loci adeo mutilati poffim, quod non ab homine pro-
fectum existimetur, qui cerebrum in plantis conculcatum gestet. Dico igitur hæc verba, post vo-
cem φιλίαν, quæ periodum præcedentem claudit, εἰς ταῦτα ίέναι: ſic integratæ pristinæ reſtitui debere: καὶ τοῖς ἐαυτῷ μὴ ὄκνου εἰς ταῦτα ίέναι: quibus iam reſpondent illa ſequentia, οἰζοιλάχω τὸν τεχνικὸν: hoc eſt, Et cum ſuis qui-
dem hominibus in eundem locum coire reformida-
bant, at Agesilaο in manus ipſimē ſe tradebant. Vi-
tiatus autem locus inde fuit, quod exiguo ſpatio
bis illud ἐαυτῷ hoc modo repeteretur: ταῖς ἀκείνου
ανοδεῖς ποτέραις ὄνομαζον, οὐ τοῖς ἐαυτῷ τῶν φιλίαν. Εἰ τοῖς ἐαυ-
τῷ μὴ ὄκνου εἰς ταῦτα ίέναι, οἰζοιλάχω τὸν τεχνικὸν.

Exspectemus nunc animo nōnihil æquiore, quid Stephanus ſchediasmata rei ſecretioris de hoc loco tamdeh̄ aliquando nobis ſint patefacta.

* Ibidem, D. Suspectum mihi eſt illud, πάντος τὸν σπανγίας σπανγίος, quod & in aliis, & in utraq; Stephanus editione reperitur: ideoq; ſcribendum aliter arbitror, videlicet πάντος τὸν σπανγίας σπανγίος, quod vitio caret. Ostendimus etiam ſuperius, libro notatorum priore, horum inter ſe permutterorum exempla.

* 667, A. In his verbis, περὶ τοῦ μὲν ἐαυτοῦ πάντων, prorsus abundat illud μὲν, ac vel expungendum erit, vel in αὐτῷ vel aliud quidpiam ei ſimilius mutantur.

668, A. Hæc verba, αὐτῷ αὐτῷ παρθένος οὐ σωφρονεῖται, Aristides ſic collocasse Xenophontem tradit, αὐτῷ αὐτῷ οὐ σωφρονεῖται παρθένος, eiusque rei rationem ad fert in libello τοῖς αὐτοῖς λόγοιν. Atque hinc pareat, non ab illa de omissis articulis a me paullo ante cum aliqua diligentia fuſſe notata; quum etiam in transpositione articuli veteres aliquid momenti ſitum eſſe iudicarint.

* 669, A. Ista minime integra, ἵππος C μύει ποντικὸν, ſic ex historiis Græcis ſuppleo, ἵππος τὸν πολεμὸν μύει ποντικὸν. Illud autem μύει non decies mille, ſed innumeros reddidi; quum in historiis Græcis legatur, τὸ πολεμὸν παμπλοῦτον, hoſtium numerus ingens: ut fit utrumque dictum ἀοιδῶν.

* 674, D. Locus hic afteris ſcrip-
tibus Stephanis, ἵππος γρῦπη τὸν απίπτη μεγάλων καλῶν εφίέμενος πάντα φέρει ιδεῖν τὸν τοῦ θυ-
χοῦ αὐτὸς φόρμων, ita cōuersus a me prius fuit, uti verba Græca ferentur. Nunc vero, quia ſic integrum legiſſe mihi Philephus videtur, ἵππος γρῦπη τὸν απίπτη μεγάλων καλῶν εφίέμενος [αρετῶν, ἵππος] πάντα φέρει ιδεῖν τὸν τοῦ θυχοῦ αὐτὸς φόρμων: ea verba ſie reddere interpretando volui, Numquam ille ſal-
tim deſpondit animum, quo minus magna ac pulchra virtus ſtudio duceretur, quam diu corpus ferre robur animi poterat. Atq; in hac lectione nobis ad-
quiescendum existimamus, donec aliquis oſten-
dat, aliter aliunde, quam e Philepho, locum reſti-
tui debere. Quamquam haud video, cur ita ſcri-
pſisse Xenophontem, niſi certiora de libris manu-
ſcriptis notæ melioris promat, negare quidpiam velit.

AD LACEDÆMONIORVM REMPUBLICAM.

* P Ag. 675, A. Exordij forma istac, αλλ' ἔγειρε. An liber vonat ποτὲ, quæ videtur aliquibus abrupta, hic Xenon non insolens eſt Xenophonti; qui ſic & Sympo-
F fium ſuum incepit, αλλ' οὐ ποτὲ. Et ex hoc ipſo pa-
ret in iugitate ſcriptum hoc eſte Xenophontem; con-
tra iudicium Demetrij cuiusdam Magnesij, ne-
gantis inepte, Xenophonti tribuenda, quæ nemo non ex verbis & ſententiis pro Xenophontis ad-
gnoscit.

Ibidem, C. Adlata mihi lucubratione mea in Xenophontem ſecunda, Taurini elaborata, dum illic in aula principis illius degerem, quam ab H. Stephanus inuito vix tamdein recepi, ſtatim in iugito libri huius initio notatam pro his, οἴνου τε μηδέ τὴν πάντας αποχρέων, οὐδὲ τὴν χρήματα διέχοντα, aliam tamen inueni ſcripturam, τὴν πάντας αποχρέων, οὐδὲ τὴν χρήματα διέχοντα. Eam indicare volui, licet aliam interpretando ſequutus.

Ibidem E. ſcriptum erat τὸ ποτὲ τὸ ποτὲ, vbi
noſtri legunt τὸ ποτὲ τὸ ποτὲ.

* 677
bæum
ſtou.
mutar
gēdo
uertif
elle vi
indico
enim i
rum ſi
cet co
cōργια
cauſa
noph
duo β
ciuſde
Migali
Brādol
admiti
* Ib
legi,
giuum
miſit.

* 678
recte
ποντικό
ποντικό
etiam
ſe, dul
furto a
mineri
leuame
ſtatiſ
ſcribi,
χαὶ ἴμν
δεντα

679
to, legi
ποντικό
τὸ ποτὲ^{τὸ ποτὲ}
rum ill
* 680
χειμε
γρ., rep
uite pa
tu capt
maiſus.

* pa
dū, ne
certe
taide
riores?
fane no
tem, i
riores ca
wīn ai
vel b
alib.
aliis re

* 681
reponc
B. viro
cat. &
adnota
alia,
Ibid
μηδέν

* 676, A. pro εἰ οὐ βλαστούειν, quod apud Sto-
bæum reperitur, in aliis magis vitiose legitur, βλά-
στοειν. Id dum Camerarius in πλέονειν, vel κλάπειν,
mutandum putat; sane locum non minus corri-
gendo peruerit, quam Philephum vertendo per-
uertisse memorat. Dixi vero, εἰ οὐ βλαστούειν, minus
esse vitiosum; quia sic facillime restitu hæc posse
iudico, ἐρρωμενεῖσθαι γίγνεσθαι εἰ οὐ βλαστούειν. Non
enim ignoro, cur Henricus etiam Stephanus pa-
rū sibi βλαστεῖν placere dicat, in huiusmodi scilicet
collocatione, εἰ οὐ βλαστούειν, qua verbum hoc
accipi necesse est. Sed emendatio mea
caussam hanc displiceendi tollit, ut usus sit hoc Xe-
nophon, quemadmodum & Sophocles, Η. αριστον
δυον βλαστῶν. Atque hoc modò nec longè pétitam
eiudem Stephani coniecturam de substituendo
θελεῖπεν, quod neque cum βλαστούειν, neque cum
βλάστοειν, alicuius momenti similitudinem haberet,
admitteremus.

* Ibidem, B. pro καὶ τὸ νόμιμον ἐπίνοειν, rectius est
legi, καὶ τέτωνέμιμον ἐπίνοειν, hoc est, etiam huic le-
giūmum esse voluit, vel potius, etiam huic lege per-
misit.

* 677, E. pro αρπάσου πυρὸς παρ' Ορθίας καλὸν θεῖς,
recte Camerarius scribendum ostendit, αρπάσου
πυρὸς καλὸν θεῖς, παρ' Ορθίας (subintellige βαμα) μα-
στιχοῦ ἐπίπαξε. Nam ciborum furto lege permisso,
etiam triticum hoc nomine comprehensum fuisse,
dubitari non debet; præsertim quum tritici,
furto ab eis auferri soliti, Plutarchus quoque me-
mincerit, ac in tritico præcipue sit λινοῦ δηπτικού εἴ-
δου μεν famis, ut Xenophon loquitur. Quæ vero
statim sequuntur, τὴν δηλῶσαι, rectius existimem
scribi, τὴν γε δηλῶσαι: ac rursus, δηλοῦται ἡ ἀτέτω, ὅτι
καὶ ὅπου τάχοις δεῖ, malim ita, δηλοῦται καὶ ἡ τέτω, ὅτι
ὅτι τάχοις δεῖ.

679, A. Quum Philephi versionem confide-
to, legisse is mihi videtur, non πλείσις μὲν πόνεις αὐτοῖς
ιστάτεσσι, sed aliquando rectius, πλείσις μὲν πόνεις αὐ-
τοῖς ιστάτεσσι. Non tamen nescius sum, etiam alterum illud vtcumque defendi posse.

* 680, D. Quum αρχινομένων Camerarius in α-
ρχενομένων mutat, recte facit; quum pro sequenti αρ-
χών, reponit αρχών, inscite. Nam parum fuerit a di-
uite panem contribui: totam vero prædam venatu-
tu captam, quæ ἄρχα est, in commune conferri,
maiis aliquid, & homine locuplete dignum.

* pag. 681, litera B. Vitiata sunt hæc, δημητεῖ-
σαι, δις μή ποτε αὐτοὶ ἐλάσθοις τὸ στίσιον γίγνεσθαι. Primum
certe οὐ στίσιον, locum habere nequit. Nam quid
tandem est, δημητεῖσαι δις στίσιον, fieri cibis infe-
riores? Coactus aliquis erui sensus potest, idoneus
sane non potest. Itaq; dicō scriptissime Xenophon-
tem, ἐλάσθοις οὐ στίσιον, ne siānt inferiores aut dete-
riores coniectoribus. Deinde vel δημητεῖσαι, δις μή
ποτε αὐτοὶ ἐλάσθοις οὐ στίσιον γίγνεσθαι, scribendum;
vel δημητεῖσαι περιττεῖσαι, δις μή ποτε αὐτοὶ ἐλάσθοις οὐ στίσιον γί-
γνεσθαι. quorū alterutrius optio per me quidem
aliis relinquitur:

* 684, C. In his, Εὐταῖς τὸ αἰδρίας αἰτίαν ύφεκτόν,
repono τὸ αἰταρέται; sicut & pagina sequenti 685, G
B. viros huiusmodi culpæ obnoxios αἰταρέται, vo-
cat. & 684, D. in his, τὰς αἴρειν τῆς γεροντίας ταρσούς;
adnotata erat lucubratione mea secunda; lectio
alia, ταρσούς.

Ibidem, E. In his verbis, δις δῆται οἱ βουλόμενοι δημι-
μεῖσαι τὸ αρετῆς, οὐχ ικανοί εἰσι ταῖς πατερίδας αὐξέντων, par-

A ticula negans ante βουλόμενοι deest; qua restituta,
sensus efficitur, quem interpretando expressi, re-
spondentem verbis Græcis huiusmodi, δημιμενοι βου-
λόμενοι δημιμενοι τὸ αρετῆς, cum sequentibus.

* 685, D. pro τε σπαταὶ τε περιπολοὶ. in quo
Philephum quoque mecum facere, verba eius
indicant. H. Stephanus editione secunda in tex-
tum admisit.

* 686, A. pro πολεμικούτατος οὐ, plenius scri-
bendum aio, πολεμικούτατον δὲ πιλοὶ οὐ: & respicit
hoc πιλοὶ, ad αποιδα, vocem præcedentem, sicut
τούτην ad solūν φονικά.

* 687, B. In his, τε μὲν τε τε πολεμούσαι, abundare μὲν illud videtur.

* Ibidem, C. Illud αὐτὸν οὐκεινος συμπαρουσις, vitiosum
& στόλον est: pro quo si scribas αὐτὸν οὐκεινος συμπαρου-
σιαν, sublatius ille solcēsis erit; nimur in istis
verbis οὐκ οὐδὲν καὶ ταῦτα εἰναι, subaudiendo ταρσού-
λαστούς. Originem scripturæ corruptæ ad abbrevi-
uiaturas Græcas refero. Camerarius sequentia
quoque mendosa putauit, sed sine causa; sicut in-
telligeret, qui cōfereret ipsius interpretationem cum
mea.

* Ibidem E. pro οὐτε τελείταν οὐτε δρόμον ἐλάσθα-
τικά, scribendum potius εἰτε τελείταν, εἰτε δρόμον ἐ-
λάσθατικά. Camerarius quidem in his reddendi-
dis, dum scripturam vitiatam sequitur, impegit.

* Ibidem. pro τελείταν τελείτον τελείταν, ali-
quanto melius scribi videtur τελείτον τελείταν. Camerarij mutata vox τελείτον in τελείταν κό-
πον non placet; minus etiam in τελείταν κόπον. Loqui
sane videtur Xenophon de speculatori suum in
locum ablegādo, qui faciat officium interea, dum
pranderet. Nec verbum tamen τελείταν mihi o-
mnino satisfacit.

688, B. Notatam lucubratione mea secunda
reperi pro δημιμενοι lectionem aliam, δημιμενοι,

* 689, A. Ad hæc verba, εἰ τε σπαταὶ
αρχοντες, notas punctorum inserui, quibus aliquid
abesse significarem. Nam de polemarchis, qui

E cum rege reuera δημιμενοι αρχοντες erant, iam ante
dictum; nec illi profecto post haruspices, medi-
cos, tibicines, recensendi erant. Quapropter a-
lios minorum gentium duces ac prefectos hoc clo-
co fuisse positos a Xenophonte statuendum est,
adeoque supplendum in his verbis, quod deest,
ex pagina præcedentis littera D. ubi leguntur σπα-
ταὶ σκευοφοικαλοι αρχοντες, copiarum apud impedimen-
ta præfecti.

Ibidem, C. Pro αρχοντες, legit Philephus τελείταν,
F sed non satis bene.

* 690, C. pro οὐτε μὲν βασιλέα τελείταν τελείταν, non
dubito scribendum, τελείταν τελείταν. Sic enim & de
Persici regis sacrificiis ait libro πατέτας V 111 Xe-
nophon, p. 229, C. πάντα διεστρατεύεται: & de
ipso Sparre tege Agesilao, 111 ἐλατικῶν, 493, D.
δύοντες αὐτοὺς (cum interiectis) τελείταν τελείταν.

AD ATHENIENSIVM REMPUBLICAM.

P Ag. 692, C. Videtur Castilio reperiisse ante
τελείταν τελείτον verbum ἐνεστιν, hoc quadam
modo scriptum; καὶ οὐ μακρια δὲ οὐδὲν ταῦτα γενομένη
είσιν τελείταν τελείτον. Id rectum arbitror, & in reddendo
sequutus sum.

* 693, B. Locus hic, αἰδίκη τοῖς αἰδραπόδοις δου-
mendato difficilis.

Locus ei-
mendato
difficilis.

λεύκων, οὐα λαμπάσιον μὲν προτίθεταις ψηφοῖς, ταῦτη ἐλεγέ-
πους αριθμόν. a Seb. Castalione, Camerario, H. Sté-
phano, relinquitur inemēdatus; & propterea tam
a Castalione, quam Camerario non recte reddi-
tur. Ego pro οὐα λαμπάσιον μὲν προτίθεταις ψηφοῖς, scri-
bendum dico, οὐα λαμπάσιον μὲν προτίθεταις (scilicet τὰ
αὐτά πάντας ψηφοῖς). Dixit autem λαμπάσιον, ve-
lut omnium Atheniensium nomine, sicut & patr-
lo post, ιωνεῖς εἰπήσκειν. Illud denique ἐλεγέσθαις
αριθμόν, non est, mancipia libertatem consequi, se-
cundum Castalionem; nec mancipia manumitti,
secundum Camerarium; sed alio sensu accipien-
dum, quem interpretando expressi.

*Ibidem, D. In his verbis, τὸν γῆγερα ζητοῦντος αὐτοῦ, καὶ τὸ μοσαϊκόν, ὅπιν δέ οὐτας καταλέγουντος ὁ Δῆμος, νομίζουν τὸν οὐ καθόντα. contrarium quiddam inest sententiae Xenophontis, qui exercitia corporum, & musicam, minime sublata diceit ab Atheniensibus, pag. 696, D. quum ait, populum sibi peculiariter multas palæstras, apōdyteria, lauacra struere. Quapropter vñica vox negans loco suo reposita, nimirum ante καταλέγουντος, ac delecta post νομίζουν τὸν, locum plane restituit hoc modo, τῷ μοσαϊκῷ ὅπιν δέ οὐτας οὐ καταλέγουντος ὁ Δῆμος, νομίζουν τὸ καθόντα.

*Ibidem. quum sequitur, νομίζων τὸ καλὸν Τί, γνέσ-
θη οὐ διωκετός ταῦτα διδεῖν, inter Τί & γνῶν σο-
πουλα καὶ δεεῖται, omissa propter similitudinem eius
cum ultima syllaba in Τί. Rursum inter hæc δι-
νεγέται, & ταῦτα δεῖν, δεεῖται pronomēn αὐτῷ, quod pē-
riit ob adfinitatem & similitudinem cum sequen-
ti voce Τεύτη. Sic integrè locus scribetur, νομίζον Τί-
το καλὸν Τί, καὶ γνῶν, ὅποι διωκταὶ αὐτῷ ταῦτα διδεῖν διπλῶ-

*Item ibidem. Notas punctorum inserui, quae indicarent in his, καὶ . . . γυμνασιαρχοντιοι πλουσιοι, non nihil desiderari. Patet hoc ex statim subiectis, οἳ δημος τειναρχηται και γυμνασιαρχηται. Itaque hic & illa matica suppleri debent, και τειναρχοντιοι γυμνασιαρχονται πλουσιοι.

695. B. Corrupta sunt illa, si in polluti ex latu*n* evitari
posse non est iob*av* te*re* eis vau*z*, atque ita potius scribenda,
si in polluti ex latu*n* evitari est iob*av* te*re* eis vau*z*. Et in his ex-
latu*n* ex aliis petiunt libris, as autem expungi-
tur, quasi promanans ex ultimis litteris illius ev-
itari, quod praecepsit, vel ex glossa, declarante per
as, particulam q*u* sequentem. Deletur & n*o*, pro-
fectum ab imperitia librarij, qui non animaduer-
tit aliud heic significatum illius q*u* esse, quam si
scribatur o*io*n*n* n*o*. Sequitur versu ab hoc tertio, o*u*n*o*
ka*s*en*n*ke. και τη μεν πολεμων, cum reliquis. Haec ita
scribenda sunt, o*u*n*o* ka*s*en*n*ke. τη μεν πολεμων, &cet.
Redundat enim και propter similitudinem cum
ultima in ka*s*en*n*ke duplicatum, velut alibi similia
inutilare libratorum incuria solet.

* 696, A. Potius Castalionis lectio[n]em probo, quam vel mutationem Camerarij, vel emendationem H. Stephani. Camerarius hanc sibilectionem finxit, & & & adiiciens, & a[m] quae in Gracis exemplaribus non reperiuntur: τὸ μεσόν, οὐ μὲν ἡ [τις] κρίσις, ἔχειν [τι] ποτέ λύειν, [αλλὰ] γάμος ή γῆς οὐκ εἰδεῖται, quorum hanc sententiam expreslit: Nauigantes vero, ubi fuerint superiores se, in illam terram exire necesse non est, sed posse sunt prateruchi eo usque, cum ceteris. H. Stephanus post τέλος γῆς scribendum pro ἡμέρᾳ putat ut omnes εἰσινεῖν, quod itidem probate non pos-

A sum. Quippe in verbis his muriatis, nō sūt in xp̄istis, t̄c̄t̄v̄t̄ v̄t̄l̄v̄t̄ recens & n̄s dīa r̄d̄t̄-
m̄t̄v̄t̄, facile perspicitur aliquid desiderari, quod
illis praecedentibus n̄ s̄, deinde respondeat in hūc
modum, n̄ s̄. Quapropter integratati pristinā sic
exaratus hic locus restituetur, t̄ c̄t̄v̄t̄, n̄ s̄ aī ī
xp̄istis, t̄c̄t̄v̄t̄ v̄t̄l̄v̄t̄, n̄ s̄ t̄c̄t̄v̄t̄ n̄ ȳs ān̄t̄-
ept̄v̄t̄. Solet autem Xenophon hæc duo, xp̄ist̄-
nis & v̄t̄l̄v̄t̄, ita sibi opponere. velut, exempli gra-
tia, in Hipparchico pag. 969, C. scriptum legi-
B mitis, oūt̄s, t̄t̄s, v̄t̄l̄v̄t̄ n̄t̄s, v̄t̄s, quod quidem op-
ponitur illis praecedentibus, v̄t̄s, xp̄ist̄s, v̄t̄s, v̄t̄s.

* 696. C. pro ἡρῷαξ, non dubito reponendum
ἡρῷων, posita prius integra distinctione post ὅμι-
μοσόμενον ἀλλήλοις. Nam ita τέτει sequuntur hæc,
ὅτι ἡ Σικελία ἐδί (cum interiectis) ἦν Πλησιανῶν, ἢ
δῆλον που, ταῦτα τούτα εἰς ἐν ἡρῷων.

* 697. E. Hac verba, *τινὲς μὲν ἐργάζεσθαι τὴν σωματικήν καὶ πολὺ πολὺ αἰδίνειν ὑπόμεναν* λέποντες οἱ οὐρανοί. Locus e-
sunt oīmīnō corruptissima, præstern illam me-
dio, *αἴσιον οὐδεμίατο.* Propterea loco asteriscum ad-
posuit Stephanus. Camerarius explicare se non
potuit, aliis quidam Delio natatore opus esse di-
xit, & is quidem haud procul a Delo natus. Ego
prima etiam editione tententiam expressi eorum,
quæ a Xenophonte scripta fuisse iudicabam; &
nunc animaduertio, me à scriptura recta nequa-
quam aberrasle, nimirum huiusmodi: *τινὲς μὲν ἐργάζε-*
νεσθαι τὴν σωματικήν, οὐ πολὺ αἴσιον οὐδεμίατο οὐδὲ *οὐδὲν οὐδὲν,* οἱ οὐρανοί; Margini autem hæc adscripti, vt
D interpretationis ratio lectori constaret. Ita nodus
a me difficilis solutus.

* Rursus 698, A. pro dōgāwī nūm, dico scri-
bendum, dōgāwī nūm.

699. C. pro ~~§. 2. 2. 2.~~, quod in omnibus exemplaribus exstat corruptum, restitu ~~§. 2. 2. 2.~~
*H. Stephanus editione altera me sequutus, Itamen illud suum adpinxit.

* Ibidem. pro κατοικοῦσιν οὐ τὸ δημόσιον, Scribo καὶ
τοικοῦσιν δημόσιον, articulo remoto.

E * Rursus ibidem, D: pro rāūra cuiusq; ēm dīg. xgoz-
rou dīg. dīkētās dī spazas, repono cum recta distin-
ctione, rāūra cuiusq; ēm. qdī gōz dīg. dīkētās dī spaz-
as.

* Iterū, ibid. E. in his, dēn̄ am̄na x̄lūw̄ d̄ḡ d̄n̄d̄z̄, quilibet illud x̄lūw̄, post dēn̄, ceu superfluum, induci debere vider, siquidem in neutro nihil mutetur. In secunda quidem lucebratione mea Taurinensi notatā inueni scripturam talem, ei s̄ d̄b̄ ḥ̄m̄o loz̄n̄ d̄n̄ d̄m̄n̄a x̄lūw̄ d̄ḡ d̄n̄d̄z̄. Ea vero melior est, & vtrumque comitnode retinet. Ibidem precedētia sic erant scripta, t̄m̄n̄ r̄p̄ ūc̄, b̄ū x̄p̄ aūn̄ d̄ḡ d̄n̄d̄z̄, protinus esse cognoscendum. Reete, nam de tempore non de loco nunc agit. Deinde 700, A. oīm̄d̄k̄z̄oī p̄l̄n̄n̄t̄oī d̄n̄d̄z̄, sic mandatum: oīm̄d̄k̄z̄oī ē t̄ p̄l̄n̄n̄t̄oī d̄n̄d̄z̄.

AD SOCRATICAM
DEFENSIONEM.

G * **P**ag. 702, C. Nihil in his. *lū yd vnu καταρρήσιον*
duximutandum; tametsi plane scribendum
arbitrer, *lū yd vnu τη καταρρήσιον*: ut in locum illius *μων*,
suo loco *καταρρήσιον* reponatur. Et in sequentibus, ante *τη*
τελευτήν, rursus abundat *καταρρήσιον* particula, propterea no-
tis *καταρρήσιον* a me inclusa. Nec ignoro, quā prius il-
lud defendi possit, sed parum commode. Idem ita
reperi

reperi emendatissima Taurini, lucubratione secunda; postquam ea mihi missa fuit, ab H. Stephano per litem extorta.

* Ibidem. pro ὕψες δὲ τὸ σῶμα ἔχων, integrius ac plenius scribetur, ὕψες δὲ τοῦ τὸ σῶμα ἔχον (cum interiectis, προσθήσαντος).

* pag. 703, lit. A. in his, γράμμα αὐτῷ Φθινόπετρον, επειδή κατηγόρους, abundat verbum τίκτων veluti quod ex sequentis επειδή primis litteris irrepit. Itaque delēdum, ac præsertim propterea, quod versu ab hoc tertio, iusto loco ponatur, quum ait παρθένον τίκτων.

*Ibidem, B. Rectius in his, ὅπερος μὲν φωνὴ φαίνεται, τεπονendum γενόμενη φωνὴ φαίνεται). Quippe nihil omnino sequitur, quod illi μὲν deinceps respondeat.

* Ibidem, C. Mutila sunt ista, *μάτια*, *οὐραλόντα*
τὰς οἰστικίντας . . . *η*. quæ quidem ita recti-
fime quis expleuerit, *τὰς οἰστικίντας* & *δεῖ ἀνα-*
Perire enim &, quum esset in ultima syllaba voca-
buli præcedentis; & *δι*, propter adfinitatem cum
initio sequentis *η*. Vidi postea coniecturam H.
Stephani, scribendum existimantis, *οἰστικίντας*
τὰ μέντα *η*. Sed ut illud *μέντα* difficilius omitti
potuit a librariis, velutine nec præcedenti voci, nec
sequenti simile: sic etiam difficilius, præ illo no-
stro, rursus admittendum videtur.

* 707. D. pro i*n* *n**t* *r* *d**e* *r**h* *é**p**é**m**é**n**o**v*, scriptum
in meo reperi exemplari lucubrationis secundæ
Taurinensis, i*n* *d**e* *n**t* *r* *d**e* *r**h* *é**p**é**m**é**n**o**v*. quæ omni-
no elegancior est lectio.

AD MEMORABILIVM LI-
BRVM PRIMVM.

Hilibri titulum Στοργημονευατην Σωκρατου ha-
bent, quod Socratis mores, ac viuendi ratio,
cum iis, qua ad familiares suos differere soleret,
in eis exponantur. Evidem hos Στοργημονευατην,
dixi memorabilium libros, quia sic loqui Xeno-
phon consuevit: αιχος Στοργημονευατην, vel επειον Στο-
ργημονευατην, dictum factumque memoratur.

*709, A. pro *os orāmūz̄* reponendum *o s cōm̄p̄t̄v*,
videlicet *o t̄m̄m̄d̄s̄o*, quæ vox præcessit. Et inuenit
hanc lectionem in suis etiam Bessario Cardinalis.

* 717, A. pro *īteidēs* (cum interiectis) *āyōēs*,
cuius parent scribendum potius, *īteidē āyōēs*.

*720. A. Putó hæc verba: ζῶν ἔκαστος ἵει τὸ πάτριον μέλισσα φίλη τὸ σώματος ὁ, οὐ αὐτὸς ἀχρέων, cum ceteris, sic esse trajecta, ut hoc modo singula suo loco restituī debeat: ζῶν ἔκαστος τὸ σώματος ἵει τὸ πάτριον μέλισσα φίλη, οὐ; πατέρων δὲ τὸν αὐτόν, cum reliquis. Ita enim sententia redditur idonea, quam interpretando expressissimus.

722; A. Hoc loco non πόλες τε καὶ οἰκοις εὐ οἰκονή^{τη}
legendum existimem, sed potius οἰκοι. εὐ οἰκονή^{τη}: de
quo loquendi genere superius in notis hisce qua-
dam indicauimus. Non ignoro tamen, & alibi οἱ
καὶ inueniri, ut initio libri sequentis.

*724, D. E quidē minime dubito, Xenophon-
tem heic ita non scripsisse, oītō dī kaī ἀφοδιάζει
τας μη συσθένε ἔχοτες ταῦτα ἀφοδιάζει χρίωναι: sed
aliter, nimirum oītō dī kaī ἀφοδιάζειν (cum interie-
ctis) χρίωναι. Nam id verbum ἀφοδιάζειν, in signi-
ficatione lecedendi, respondet precedenti ἀπνιau-
tou; anni spatio abesse. Neq; me sane mouet, quod
nusquam ἀφοδιάζει in lexicis nostris, ac fortasse ne

A Stephanus quidem thesauro, reperiatur. Notum est, ab ἐφοδίᾳ, quod idem est cum ἵπόδῳ, factum εἰς ἐφοδίαν φροντίᾳ, verbum haud insolens, & glossariis priscis notum. Ηδοίαν pro expeditione ac profectio- ne dixit Polybius in libris, qui perierunt: vnde verbum est ηδοίαν, diversa licet significationis. Sic ηδοδίαν & ηδοίαν reperitur in antiquis glossariis. Eodem εισοδίᾳ modo fas est existimemus, αὐτοδίαν quoque dici, ζειν. οὐδέ τις ἀφοδίας & ἵπόδου, quo posteriore Xenophon in abscessionis significatione vesus est, vti B superius in hisce notis ad paginam 320, E. ostén- diimus. Et adiungatur hoc αὐτοδίαν sane ceteris in- usitatis, μελιάν, δημητρίαν, πάτερα, οὐκέτην, μήτερα, διχά- κες, οὐθέτην, ξυρκές, aliisque pluribus, quae in ipso Verba ob- soleta Xe- nophontē restitutio- textu Xenophōti restituimus. Quod autem heic statim sequitur οὐα, in istis verbis, οὐα μὴ πάντα μὲν δέ- μιν, si mutetur in οὐα, prorsus integer locus erit.

* 725. B. quum dicitur, καὶ μαθὼν οὐτε θύοντα ποῖς
θυοῖς μηχανήσαντον, οὐτε μάρκη χρωμένον, adtente con-
siderantibus illud μηχανώμενον, satis appetat esse vi-
C tiatum. Si me quis roget, οὐτε εὐχόμενον esse respon-
debo, pro quo μηχανήσαντον substitutū fuerit. Quip-
pe sic iam illa sunt pleniora, καὶ αὐτὰ δὲ οὐτε θύοντα ποῖς
θυοῖς, οὐτε εὐχόμενον, οὐτε μάρκη χρωμένον.

* Ibidem, D. In his, où doxēt̄ Ḡ r̄x̄j̄ r̄d̄s̄ t̄c̄ḡv̄oīas̄ ēp̄-
ȳoū ēoīr̄eāv̄, rectius scribetur t̄c̄ḡv̄oīas̄ ēp̄w̄eōuīeāv̄, si-
cut & vltimo paginæ huius, & primo sequentis
versu leginius eōne t̄c̄ḡv̄oīas̄.

726, C. In his d' αφορούσιν ικανοῖς οἴδε εὐτάκτως τὸ γένος
solum illud ὡς μιταρδούμ dico in οὐτώς.

D. * 727, A. verbis his, μέχει γῆπας τεύτες παρέχει
editione priori punctorum notas adposueram, defectum aliquem indicantes. Et suppleti hæc posse putabam olim, si scriberetur, μέχει γῆ-
πας τεύτες παρέχει, ποιὸν βέσιν; vel aliquid aliud tale ad-
dendo, quod in libro suo reperissem Bessario, nos
in editis desideraremus. Sed nunc exiguae me-
deri me loco posse perspexi nimirum initio perio-
di, versu ab hoc tertio, pro ὡς καὶ ταῦτα αὐτὰ φροντίσαι
διονάς, scribendo ἄτο, (subauditur βέσι) καὶ ταῖς, cum
E. cereris.

* 732. D. Exiguum quiddam est, sed indicandum tamen; in his, ἀπανῶναι οἱ ἔργαι; τὸν μικρὸν μὲν
potius illud τὸν, transponendum hoc modo; ἀπανῶναι οἱ ὄντες, οὐ τὸ μικρὸν μέν, (scilicet δύος ἀπανῶναι) οὐδὲ
τὸ οὐσιονόεν, cum reliquis. Magis enim ita per-
spicua & elegans est oratio. Et accuratam in ἀφε-
λεῖα sua collocationis habuisse rationē ipsum Xe-
nophontem, ex Aristide ostendimus.

AD LIBRVM II ME-
MORABILIVM.

* Pág. 733. A. Vt commodior est oratio, si pro
άσκειν ἐκπάτρια scribatur ασκεῖν καρπεῖαν, quod
simil & ad τελές θητειαν βρισκεται, καὶ ποτε, καὶ λα-
γειδε, & ad voces sequentes, ὑπου, πίστεως, θεληται,
πονηραι, quæ τελές θητειαν non admittunt, respondet:
ita nihil etiam murando, recte illud ασκεῖν ἐκπάτρια
cū ὑπου, πίστεως, θεληται, πονηραι vocabulis coniungitur.
G An autem secretius aliquid heic nobis datura sine
S C H E D I A S M A T A Stephani, sane videbimus,
vbi tamdem aliquando prodierint.

*734, D. pro mun*er* ar*men* in*Georgi* & ap*pe*, repo-
no a*ut* i*n* Ge*me*rc*s*, quemadmodum & initio lib*ri*
huius scriptum illud, ὅπως μὴ α*π*πον*ι* οὐτε α*π*λα*γ*. I-
tem paullo post, littera E, pr*o* ad*ne* u*t* *to*, rectius di-

cemus αρκεῖν τέτω, quum sequatur μεγαράθεσαι, A quoditidem illi τέτω responderet.

*735, C. pro ἀλλὰ μηδὲ μέσον τέτων οὖσα, quod in editis libris, etiam Stephani legitur; non dubito reponere, ἀλλὰ εἴς μηδὲ μέσον τέτων οὖσα.

*737, D. Versus hic Epicharmi senarius,
πωλούσιν ἡμῖν πάντα τετράδιον,
quum in ultima vocis τετράδιον claudicet; sic redin-
tegrandus erit.

Versus E. *Epicharmi restitutus.* Quævero sequuntur ciuidem Epicharmi, ὁ πόνη-
πε, μὴ τὸ μαλακὸν μέσον, μὴ τὸ σκληρὸν, velut ora-
tionem prorsam hactenus alij posuere; quum tam-
en & illa senario difidio & integro constent,
siquidem ita restituantur: ut emendanda non du-
bito,

— ὁ πόνηπε σὺ,

μὴ μοι τὸ μαλακὸν μέσον, μὴ τὸ σκληρὸν ἔχει.
In μὴ quidem, latet illud μοι, quod versui comp-
plendo deerat, & ob similitudinem alterius a li-
brariis erat omissum. Etiam πόνηπε scripsi, non πόνη-
πε, sequutus iudicium vulgi grammaticorum, hæc
inter se distinguentis accentu; more quidem suo,
sed ratione non magni momenti.

*748, B. pro συντομαὶ διὰ τὸν, nota ueram lucu-
bratione secunda Taurinensi, reponendum συ-
ντομαὶ διὰ τὸν, idq; cum Bessarione Cardinali. Ver-
su autem post hunc sexto quum dicitur, τὸν τε
τριτον γενιατον τον πόνων τοσούμωντερινον, primum &
abesse illud τοσούμωντερινον, & adesse: sed quin pro
πόνων reponendum sit πόνων, dubitari non debet. Re-
ctius enim χρήματα cum πόνων coniunguntur, quam
cum πόνων: ac præsertim amicos laboribus præfer-
ri, non satis apte dicitur; opum redditibus, aptil-
sime.

Ibidem, D. Hæc verba, καὶ Σποδῶν τῷ εὐρόντε,
non est dubium vitiose scripta legi, sicut & H. Ste-
phanus notauit. Quum autem ille sibi placere ne-
get, ut pro iis reponatur Σποδῶν τῷ εὐρόντε: quod
ad Bessarionis interpretationem aliquo modo con-
uenire: cogitare ceipi, an non propius ad lectionem
priorum accederet, Σποδῶν τῷ εὐρόντε: quod
quidem ad primum vel aestimationem referre-
tur, quasi si scripsisset Xenophon, Σποδῶν τῷ εὐρό-
ντες θηματος. In reddendo quidem hoc sequu-
tus sum. Alij πολύτοντα pro εὐρόντε scribendum au-
tument.

*757, B. Lucubratione mea Taurinensi nota-
tam ad marginem pro hac, αἰτίᾳ ὑφορμένων ἐαυτούς,
αἰτίᾳ δηλώσασιν, aliam lectionem reperi, αἰτίᾳ ὑφο-
ρμένων ἐαυτούς.

*759, C. pro καὶ τὸν τοῦτο πάντα ἐπιμελῆτον, vel scri-
bendum, καὶ τὸν τοῦτο πάντα, vel καὶ τοῦτο πάντα
τοποθεστον. Vix quidem abesse καὶ potest.

A D LIB R U M III M E- M O R A B I L I U M .

*P Ag.765, C. pro Εἰς τὸν διεβλοτὸν τὸ δημόνον, scriben-
dum vel καὶ τὸν διεβλοτὸν, quod sape καὶ
potest καὶ positum periisse videamus ob confusio-
nem ex abbreviaturis, ut etiam loco proxime pre-
cedenti; vel καὶ τέτω, quod H. Stephano placet.

*766, A. Hoc equidem loco φιλόνυμος rectius
scribi puto, quam φιλόνυμος. Item γνιγμα & H. Ste-
phano deprehendi, quum his notatis, secundam
eius editionem inspicrem.

*Ibid. D. Bessario leguisse videtur, ὃ δὲ πολύ-
τον εἴσους ὅπεριδεια τρέψεις, qua sane lectio ceter-
is a me prælata fuit editione prima. Sed quum lo-
cum hunc Taurini diligentius inspicrem, depre-
hendi legēdum simpliciter, ut est in textu; πολύ-
τον εἴσους ὅπεριδεια τρέψεις; quod haud dubie re-
ctum puto, & exprimendum interpretando cen-
sui.

767, D. Bessario post λεγῆδαι videtur in libris
suis reperisse vocabulum αἱρέσιον, quod animad-
uertentantur non necessario requiri, ad mar-
ginem adscripti; notis adiectis contextui, que
deesse aliquid indicarent. Ex prioribus quidē hu-
ius vocis non parum ingrata est repetitio.

*Ibidem, D. pro σὺν σπαρτηγοντος, rectius scribi
σὺν σπαρτηγοντος, paret ex subiectis hisce verbis, το-
ταὶ & κρατόσιν.

*Ibidem, E. pro Αἰνεῖν reperit Bessario Cardi-
nalis Αἰνεῖν scriptum, quod etiam rectius illi
Boiων πρæcedenti respondet.

*768, D. E. Illud αἱρέσιον τὸν ἀρχαῖον πρετόν
probedici nequit, nisi hoc quodam modo, interiecta
τετρά, scribatur; αἱρέσιον τὸν τὸν ἀρχαῖον πρετόν.

*773, D. Diversæ rep̄iuntur in his, αἱρέσιον τὸ
τὸν τὸν χωρέας, scripturæ. Nam pro αἱρέσιον, videtur
Bessario Cardinalis inuenisse, βλασphemē: Henricus
autem Stephanus ἀρχαῖον notauit itidem ex li-
bro veteri, sicut ait. Ego verā esse scripturam Xe-
nophontis αἱρέσιον iudico, reliquas duas ex scholiis
D promanasse similiter adfirmo. Nam αἱρέσιον τὸν χω-
ρέας (sic enim scribi præstat, νότιον τὸν χωρέας) quum
sit, adtingires regionis, vtente Xenophonte verbo
αἱρέσιον in quo est αἱρέσιον, pro confuctudine sua:
voluit hanc αἱρέσιον alias verbo efficaciori βλασphemē-
σι, detrimento adfici, declarare scholij vice: alias
verbo αἱρέσιον, quod direptionis significationem
habet. Non igitur hæc ad lectiones varias, sed ad
glossas referenda.

*774, A. pro ινα μὴ τὸν γε, reponenda lectio ve-
rior, μὴ τὸν γε. Quippe non iungenda sunt
hæc proxima sibi, ινα μὴ τὸν γε λέθη σε, sed τέττα ἀδείης
θρομένη.

775, D. Lectionem editionis Florentinæ se-
quutus est H. Stephanus in his, καὶ σέ καὶ διδάξαν, τῷ,
ἄρμηται, οὐτε τὸς φρονιστήτως αἰδούμενος, & cetera,
quum in aliis hæc commodior inueniatur, καὶ σέ καὶ
διδάξαν, τῷ, ἄρμηται, τὸν τὸς φρονιστήτως, cum
cetera. Acidem sane Stephanus loci sententiam
minime mihi videtur adsequutus, tametsi Bessa-
rionis versionem corrigeré conatus sit. Nec pro-
bare possum ea, quæ ad hunc locum emandan-
dum protulit.

*778, C. pro σοφὸν παῖς σωφρονε ἔκρινεν, aio repō-
nendum σοφὸν παῖς σωφρονε ἔκρινεν. Nam hæc emen-
ditio simplex est, & absque magna fit mutatione.
Quidquid autem dicat H. Stephanus, tamen ipsa
collatio præcedentium cum his, meam confirmat
sententiam. Etenim Κρίαν prius posuit, cui nunc πο
σοφὸν: itemque φρονιστῶν prius, cui nunc ποσοφὸν
G subiungit.

*Ibidem, D. His verbis, παῖς σωφρονε, (cum in-
teriectis) παῖς παρεχθεῖται, deesse aliquid, ex lequenti-
bus planum est. At integræ erit oratio, si scriba-
mus παῖς σωφρονε, (cum aliis intermediis) παῖς πα-
ρεχθεῖται. Et aliqua saltim est similitudo inter σεν &
initium verbi lequentis παῖς. Unde factum, ut a
libra-

librariis inter describendum debet omittetur.

